



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 98. Claudii Seyssel Taurinensis Archiepiscopi mors

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. ptor, usque ad Gregorii Papæ tempora
 A.C. 1520 conjugatis liberum fuisse, an continen-
 tiam vovere vellent, vel nollent. Quar-
 ta propositio affirmat, quod a tempore S.
 Gregorii illis solum, qui castitatem vovif-
 sent, Diaconatum conferre, in Occiden-
 te permissum fuisset. Quinta sic habet:
 semper fuit concessum; atque hodiedum
 Græcis & orientalibus conceditur, ut il-
 li, qui uxores habent, ad sacros Ordi-
 nes imo ad ipsum etiam Presbyteratum
 promoveri, ac cum uxoribus suis vivere
 valeant. Sexta propositione asserit, quod
 non liceat, nec unquam licitum fuerit
 matrimonium inire illis, qui jam antea
 sacros Ordines Presbyteratum, Diaco-
 natum, aut Subdiaconatum suscepissent.
 Denique in septima tenet, Papæ in qui-
 busdam casibus suffragari potestatem cum
 viro sacris Ordinibus initiato dispensandi,
 ut Matrimonium contrahat.

§. XCVIII.

*Claudii Seyffelii Taurinensis Archie-
 piscopi extrema.*

Ughel de Ar- Inter hosce Scriptores alter est Claudius
chiep. Tauri- Seyffelius Taurinensis Archiepiscopus,
nenf. t. 2. juxta quosdam Aquis Gratianis, igno-
San Marth bili Sabaudizæ oppido prope Cambrium,
Gall. Christ. vel juxta alios Sesselii, exigua Beugesizæ
t. 2. p. 665. urbe
8669.

urbe natus. Is libellorum supplicum Ma-
 gister Ludovico XII. Regi a consiliis fuit, Sæcul. XVI.
A.C. 1520.
 ejusque vitæ historiam ab anno millesimo
 quadringentesimo nonagesimo octavo,
 usque ad annum Christi millesimum quin-
 gentesimum decimum quintum conscrip-
 psit. Interfuit quoque Regis nomine La-
 teranensi Concilio sub Leone X. ac de-
 mum anno Domini millesimo quingente-
 simo decimo Massiliæ Episcopatum ade-
 ptus, ibidem Franciscum I. & Claudiam
 Reginam ejus conjugem anno salutis mil-
 lesimo quingentesimo decimo septimo ex-
 cepit. Postea Taurini, ubi olim commu-
 ni omnium applausu juris scientiam tra-
 didit, Archiepiscopus renunciatus est,
 facta cum Innocentio Cibo Cardinale per-
 mutatione, cui tamen dignitati haud diu
 vita superstes fuit, hoc anno die prima
 Junii mortuus. Præcipuum inter ejus
 opera commendatur Waldensium historia,
 in qua hujus sectæ ortum, ac progres-
 sum exacte recenset, quod opus omnino
 Pastoralis suæ sollicitudinis partum di-
 cere valemus; hisce enim erroribus dioc-
 cesim suam ducentis abhinc annis & am-
 plius infectam comperiens, omnem ell-
 minandæ sectæ curam impendit. Ipfus
 Ludovico XII. anno supra millesimum
 quingentesimo octavo Historiam suam tra-
 didit, iterato typis vulgatam; in qua
 prorsus singularia facta recenset, ac ut
 ea,

ea,

Sæcul. XVI. ea, quæ deerant, quadam ratione sup-
A.C. 1520. pleret, biennio post relationem suam de
 celebri prælio Agniadellano edidit: In
 hac tamen Ludovici XII. historia stylo
 usus est potius Panegyrico, ac Heroem
 suum cum Prædecessoribus, præcipue
 autem cum Ludovico XI. conferens, ce-
 teros omnes pro more Panegyristarum
 inferiori loco habuit, ut solum eum, cu-
 jus vitam descripsit, omnibus eminentio-
 rem depingeret. Præterea alios elucu-
 bravit tractatus, nimirum de Providen-
 tia, de dignitate Regum, de triplici via-
 toris statu ad Leonem X. Papam; com-
 mentarios in Evangelium S. Lucæ, & jus
 civile, pluraque alia opuscula ad hodie-
 nam Historiam perutilia. Gallice etiam
 reddidit Historiam Ecclesiasticam Euse-
 bii Cæsariensis, Thucydidem, Appia-
 num Alexandrinum, Diodorum Siculum,
 Xenophontem, Justinum, Senecam, &
 alios. Post hæc Anno Salutis millesimo
 quingentesimo sexagesimo sexto Basile-
 ensibus literis excusum prodiit ejus *Spe-*
culum Feudorum, Parisiis vero Anno Sal-
 vatoris millesimo quingentesimo quadra-
 gesimo, ac demum septemdecim post
 annis e prælo exiit tractatus, quem *le-*
gem Salicam Gallorum inscripsit. Hunc
 primum fuisse testatur *Chantereau le*
Fevre, qui legem Salicam veluti Gallicæ
 coronæ jus allegabat, Scriptoribus ma-
 gis

gis antiquis illam mere tanquam consue- Sæcul. XVI.
 tudinem Regni citantibus. Ibidem etiam A.C. 1520.
 typis edita fuit Anno Salvatoris millesi-
 mo quingentesimo decimo nono, qua-
 dragesimo, & quadragesimo cctavo ma-
 gna Gallorum Respublica, quæ Sleida-
 no interprete iterato latine in lucem pro-
 diit. Ceterum Seyffelius non minori fa-
 cilitate, quam sermonis puritate scripsit,
 & quamvis non nisi leviter Theologiæ
 scientia tinctus fuisset, ut ipsemet fate-
 tur, nihilominus illius principiis fortiter
 institit, atque occurrentes materias ad
 cujuscunque captum domesticis plerum-
 que exemplis feliciter dilucidavit.

§. XCIX.

Sylvester Mozolinus, seu Prieras.

Tertius denique ex Scriptoribus hoc Echard. de
 anno mortuis erat Sylvester Prieras Script. Ord.
 seu potius Mozzolinus, dictus Prieras a FF. Prædic.
 Nativitatis suæ oppido, quod in Mont- tom. 2.
 feratensi aut juxta alios in Genuensi di- Du Pin Bibl.
 tione prope Savonam situm erat: annum Script. t. 14.
 ætatis decimum quintum agebat, cum
 Ordinis S. Dominici alumnus, ac postea
 illustrissimum illius ornamentum fieret,
 nam in præcipuis Italiæ Universitatibus
 publice Theologiam docuit, sæpius con-
 ventuum Superior, semel Longobardicæ
 Con-